Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



mos recubitus in cenis. et primas kathedras in synagogis. et
salutationes in foro. et uocari ab hominibus rabbi. Vos autem
nolite uocari rabbi. unus enim magister uester. Omnes au
tem uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super terram. unus
est enim pater uester. qui in celis est. Nec uocemini magistri.
quia magister unus est xps. Qui maior est uestrum. erit mi
nister uester. Qui autem se exaltauerit humiliabitur. et qui
se humiliat exaltabitur. Of. Miserere michi domine secun
dum magnam misericordiam tuam dele domine iniquitatem meam.
Sec. Sanctificationem tuam nobis dne hiis misteriis placatus
operare. que nos et terrenis purget auicus. et ad celestia dona perdu
cat. P. Co. Narrabo omnia mirabilia tua letabor et exultabo in te
psallam nomini tuo altissime. Copl. Ut sacris dne reddamur
digni muneribus. fac nos quesumus tuis obedire mandatis. P. Sup pp.
Propiciare dne supplicationibus nris. et animarum nostrarum me
dere languoribus. ut remissione percepta. in tua semper benedictio
ne letemur. P. Fia. iiij. Ne derelinquas me domine
deus meus ne discedas a me intende in adiutorium meum domi
ne uirtus salutis mee. V. Domine ne in furore tuo arguas
me neque in ira tua corripias me. Populum tuum dne propicius respice.
et quos ab escis carnalibus precipis abstinere. anoxius quoque
uicis cessare concede. P. Lec. lib. Hester. In diebus illis. Ora
uit hester ad dnm dicens. Domine rex omnipotens. in dicione tua
cuncta sunt posita. et non qui possit tue resistere uoluntati. Si de
creueris saluare nos. continuo liberabimur. Tu fecisti celum et
terram. et quicquid celi ambitu continetur. Tu es dominus omni
um. et non qui resistat maiestati tue. Et nunc dne rex regum.